

## Willkommen in Baiae!

Gaius Statius ist als erfolgreicher Anwalt für Cornelius tätig. Dieser lädt ihn zu einem Aufenthalt in sein Landhaus in Baiae ein. Der Ort Baiae, von dem du in Lektion 29 gehört hast, war für sein Luxusleben und die Thermenanlagen mit heißen Quellen berühmt. Im Brief an einen Freund schildert Statius seine Eindrücke:

Cornēlius tam grātus ergā mē erat, ut mē ad convīvium invītāret. Oculīs fulgentibus<sup>1</sup> clāmāvit: „Hoc convīvium nōn Rōmae instruētur, sed in villā meā, quae Bāiis sita est!“

Quamquam ipse numquam ibi fueram, fāma Bāiārum etiam ad  
5 mē pervēnerat. Omnēs enim hunc locum admirantur dīliguntque, quod nōn modo mare<sup>2</sup>, sed etiam lacus ibi est. Praetereā fontēs Bāiārum calidī<sup>3</sup> hominibus valentibus infirmisque prōsunt<sup>4</sup>.

Itaque Cornēliō statim respondi: „Proficiscāmur et fruāmur voluptātibus eius locī!“ Paulō post nāvem ascendimus et Bāiās  
10 nāvīgāvimus. Ubi villam Cornēliū intrāvī, intellēxī, quid esset lūxuria! Omnia ibi marmore<sup>5</sup> fulgēbant.

Cum dē variīs rēbus locūti essēmus, Cornēlius „Crās<sup>6</sup>“, inquit, „convīvium habēbimus. Intereā fontibus calidīs delectēmur!“ Postquam diū in thermīs fuimus, multā nocte<sup>7</sup> eās reliquimus.  
15 Subitō clāmor ad aurēs meās accidit. Itaque rogāvī: „Nōnne tū, Cornēli, hominēs cantāre audīs?“ Tum Cornēlius: „Id minimē mīrum est. Properēmus ad lacum!“ Ubi ad rīpam lacūs pervēnimus, in aquā nāvēs vīdimus. In quibus hominēs māgnā vōce cantantēs sedēbant. Cornēlius clāmāvit: „Ecce, Gai! Itaque  
20 Bāiās amō.“ Respondī: „Sed illōs hominēs vīnī plēnōs esse crēdō.“

Cornēlius ridēns: „Exspectā convīvium nostrum! Crēde mihi: Crās etiam tū laetus cantābis!“



Diese Reste eines römischen Theaters in Baiae sind nicht vom Meer überflutet und lassen sich noch heute besichtigen.

<sup>1</sup> fulgēre, fulgeō, fulsī, -: funkeln

<sup>2</sup> mare, maris *n.*: Meer

<sup>3</sup> calidus, -a, -um: warm, heiß

<sup>4</sup> prōsunt: 3. *P. Pl. Ind. Präs.* von prōdesse (*nützen*)

<sup>5</sup> marmor, marmoris *n.*: Marmor

<sup>6</sup> crās (*Adv.*): morgen

<sup>7</sup> multā nocte: tief in der Nacht

- 1 Wähle eine passende Übersetzung für den Ausdruck *vīnī plēnus* (Z. 20).
- 2 Wie stellst du dir ein römisches *convīvium* vor? Vergleiche es mit einem heutigen Festbankett.
- 3 Auch heute noch gibt es Heilquellen. Wähle einen Ort in deiner Nähe aus, der dafür berühmt ist, und stelle ihn deinen Mitschülern vor.

